¶ Paruus li-
bellus continens
formam multarũ
rerum, prout pa=
tet in Kalenda=
rio in fine
in
contento.

Anno. 1546.

35. c. 57


BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Carta feodi simplicis cum littera atturnatoria.



Sciant presentes et futuri quod ego W. H. gentylman consanguineus & heres R. H. videlicet filius J. H. armigeri de fructi fratres dicti R. dedi, concessi, et hac presenti Carta mea confirmaui W. C. armigero, et J. H. clerico manerium meum de E. cum omnibus suis membris et pertinentiis, ac omnia terras et tenementa mea, redditus, reuersiones, et seruitia, prata, pascua, pasturas, boscos et subboscos, cum suis pertinentiis, in E, in comitatu B. habendum et tenendum predictum manerium cum omnibus suis membris et pertinentiis, ac etiam omnia predicta terras et tenement' redditus reuersionis, et seruicia, cum suis pertinentiis prefatis W. C. et J. H. et hered' et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita et iure consueta. Et ego vero predictus W. H. et hered' mei predictum manerium cum omnibus suis membris et pertinentiis, ac omnia predicta terras et tenementa redditus reuer' et seruicia, prata, pascua, boscos, et subboscos, cum suis pertinentiis, prefat' W. H. heredibus et assignatis suis, contra omnes gentes warrantizabimus, et imperpetuum defendemus per presentes. Et vlterius sciant me prefatum W. fecisse, ordinasse, constituisse, et in loco meo posuisse dilectos mihi in Christo R. F. et W. H. meos ve-

tos et legittimos atturnatos coniunctim et diuisim ad possessionem capiend pro meo et in nomine meo, de et in predicto manerio, terris, tenementis redditis, reuer̄ et seruicium, cum omnibus suis pertinēciis, et post huiusmodi possessionem sic inde captam et habitam deinde pro me et nomine meo plenam et pacificam possessionem et seisinam prefatum N, et J. vel eorum in hac parte atturnat deliberandum, secundum tenorum, vim formam, vel effectum huius presentis Carte nec inde confeci, ratum et gratum habentur, et habetur totum et quicquid predicti atturnat mei nomine meo fecerit, vel alter eorum fecerit in premissis, in cuius rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Data apud T. predictū. Anno regni regis Henrici septimi.xx. his testi A. B. C. D. E.

Carta feodi simplicis facta viro et vxori coniunctim feoffat.

Sciant presentes et futuri quod ego R. B. de S. dedi, et concessi, et hac presenti carta mea confirmaui A. T. de eadem, & E. vxori sui totum illud messuagium meum quod ego habeo in dicta villa de S. et sexaginta acras terre arrabilis in campis dicte ville, quod quidem messuagium scituatum est inter tenementum R. Heynam ex partis Australi, et tenementum J. B. ex parte Boriali, et abbuttat super stratam regiam versus Occidentem, et predicti sexaginta acre terre iacent in campo Orientali dicte ville, quarum viginti acra terre iacent simul in quodam forlongo vocato L. et alie viginte acre terre iacet ex parte Australi eiusdem

dem campi similiter inter terras dominicales, et abbuttant versus Austrum super pratum vocatum B. et alie viginti acre iacent diuisum in dicto campo, quarum quinque iacent inter terram J. B. ex parte Boriali, et terram C. D. ex parte Australi et extendunt se ad quendam riuulum aque vocatum C. parte Orientali dicti campi, et. v. acre iacent inter terram H. H. ex parte Boriali et terram J. K. ex parte Australi, et extendunt se super semitam de L. predict versus occidentem, et alie. vii. acre iacent ex opposito teritorii dicte ville inter terras L. M. et partibus Boriali, et Australi, et extendunt se usque ad croftum H. D. versus occidentem, habendum et tenendum predictam mesuagium et sexaginta acras terre arabilis cum omnibus suis ubique pertinentiis, prefatis T. et J. heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruitia inde debita et de iure consueta. Et ego predictus R. B. et hered mei predictum mesuagium, et sexta ginta acras terre arabilis cum omnibus pertinentiis prefatis A. T. et E. heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus per presentes In cuius rei testimonium vt s.

¶ Carta feodi simplicis facta per viduam.

(.'.)

¶ Sciant presentes et futuri. &c. quod ego Alitia W. relicte cuiusdam R. W. de N. in pura viduitate mea et legittima potestate, dedi, concessi, et hac presenti Carta. &c.

¶ Carta feodi firme facta per dominum capitalem.

SCiant presente.&c.quod ego H.H. dominus de D.dedi cõcessi.&c. W.E. unum messuagiũ cum gardino, viginti acras terre arabilis in villa et in campis de D. quod quidẽ messuagium voc. C. et predicte viginti acras terre iacent simul iuncte dicto gardino ex parte Boriali dicti gardini habendum et tenendum predictum messuagium cum gardino, et predictas viginti acras terre arabilis cum pertinentiis prefato W. heredibus assignatis suis imperpetuum de me et heredibus meis reddendum inde annuatim mihi et heredibus meis. xx. s. sterlingorum ad festa sancti Michaelis Archangeli, et Annunciationis beate Marie virginis per equalis porciones, et fac.sectam Curie mee de D.predict quotiens tenere contigerit pro omnibus aliis secularibus seruiciis, exactis et demaundis. Et ego vero predictus J. H.et heredes mei predictum messuagium cum gardino, predicti viginti acras terre arabilis cum suis pertinentiis prefato W. heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum et defendemus per presentes. In cuius rei testimonium huic presenti Carte me sigillum armorum meorum apposui Dat &c.his testibus.&c.

¶ Carta feodi simplicis cum condicione.

SCiant presentes et futuri, q̄ ego J. W. de M. dedi,concessi,et in hac presenti Carte mee indentata confirmaui H. W. de ead, omnia illa terras et tenemẽta redditus,seruic,prata, pascua, et pasturas, cum boscis, sepibus, et fossatis, et

suis

suis pertinentiis que habeo in villa et in campis de H. in comitatu Oxon, habendum et tenendum omnia predicta terras tenementa reddit, seruitia prata, pascuas, et pasturas, cum boscis, sepibus fossis, et fossatis, et suis pertinentiis prefato H. W. heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominus feodi illius per seruicia inde debita, et de iure consueta sub forma et conditione subsequent. videlicet quod si ego predictus J. soluam seu solui faciam, hered, vel execut mei soluant, aut solui faciant prefat H. W. aut eius certo atturnat, heredibus vel executoribus suis ad festum Pasche proximum futurum in parochiali ecclesia omnium Sanctorum Oxon, viginti libus sterlingorum quod ex tunc presens Carta indentata, ac seisina inde deliberata casse sint et vene, nulli sui que valoris, ac tunc bene licebit mihi prefato J. heredibus et assignatis meis in omnia terras, tenementa, reddit seruic. pratas pascuas, pasturas, cū ceteris prenominatis et suis pertinentiis reintrare resesire et ea rehabere, et tenere, vt in statu meo pristino, ac prefatum H. W. heredibus, et assignatis suis inde totaliter expellere, presenti carta indentata, ac seisina indeliberata vllo modo non obstante. Et si defectus fiat in solucione pred viginti librarum contra formam pred, extunc presens hec carta mea indentat et seisina, inde liberata suum roborem obtineāt et effectum, et tunc bene liceat prefat H W. hered et assignatis suis ea rehabere pascifice gaudere imperpetuum. In cuius rei testimonium vni parti huius carte indentate penes meremaā prefatus H. W. sigillum suum apposuit. Alteri vero parti

huius Carte indentate penes prefatus H. W. remanentur. Et ego predictus J. W. sigillum meum apposui, in testibus &c. Dat. &c.

¶ Alia forma de moragio feoffando debitorem.

¶ Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum indentatum peruenerit Jo. N. de Oronie Salutem &c. Cum C. W. de eadem dederit concesserit, et per Cartam suam feoffamenti cuius data est ultimo die Decembris ante datum presentium ultimo preterito mihi prefato Jo. confirmauerit omnia illas terras et tenementa sua, reuerc. prat, pascua, et pasturas cum boscis, sepibus fossis, et fossatis & suis pertinentiis, que habuit in villa, et in campis de H. in comitatu Oronie habendum et tenendum mihi, et assignatis meis imperpetuum, prout in eadem carta sua mihi inde confecta, plenius continet. Nouerritis me prefatum J. dimisisse, concessisse, et hoc presenti scripto meo indentato, confirmasse predictum C. omnia illa predicta terras et tenementa, redditus, seruic prata, pascua, et pasturas, cum boscis sepibus fossis, et fossatis, et suis pertinentiis, habendum sibi heredibus, et assignatis suis imperpetuum, sub forma et conditione, sequentibus, videlicet, quod si predictus C. soluet seu solui faciat, heredes seu executores sui soluant aut solui faciant mihi prefat. Joh. attorn vel executoribus meis in parochiali ecclesia omnium Sanctorum in Oxon. xx. libras sterlingorum ad festum Pasche prox. futur quod et tunc presens Carta indentata, et seisi

na

na inde liberata suum roborem obtineant et effec-
tum. Et si defectus fiat in solutione predict vigin-
ti librarum contra formam predictam extunc pre-
sens carta indentata et seisina inde liberata cas-
se sint et vane, ac pro nullus habeantur, et tunc
bene liceat mihi prefat J. heredibus et assignatis
meis in omnia predicta terras, et tenementa, red-
ditus, reuerc, ser. prata, pascua, et pasturas, cum
ceteris prenominatis et suis pertinentiis reintra-
re, rehabere, et ea reseisire, et ea retinere ut in statu
meo pristino, ac prefatus C. heredes et assignatos
suos inde totaliter expellere, presenti Carta in-
dentata, aut seisina inde liberata ullo modo non
obstante. In cuius rei testimonium &c. uni par-
ti huius indenture &c. Et si plures sint dies so-
lonc tunc proced est sub hac forma. Si predictus
C. soluat, aut solui faciat, heredi seu executori sui
soluant aut solui faciant mihi prefato Joh. attor-
natis seu executoribus meis in parochiali eccle-
sia omnium Sanctorum Oxon viginti libras ster-
lingorum in forma subscripta, videlicet ad festum
Pasche proximo futurum post datum presentium
xx. s. ad festum natiuitatis sancti Johannis Bap-
tiste, extunc proximum sequentem, xx. s. et sic de
festa in sequenter, ad quodlibet festorum predicto
rum viginti solidos, quousque predicte xx. libre ple-
narie presoluantur, extunc presens Carta inden-
tata &c. utsupra. Et si defectus fiat in aliqua solu-
tione predictam, in parte vel in toto, contra for-
mam predictam, extunc &c. ut in Carta predicta,
prouis. semper, quod si predictus C. vel aliquis a-
lius nomine suo allegauerit aliquam acquietatio-
nem seu solu. dicte pecunie alibi fore fac, quam in ec-

 clesia

clesia om̄ Sanctorum predict contra me prefatu I. quod et tunc idem C. vult, et concedit p p̄sentes quod huiusmodi acquietauit ūsolucione forinseca nullius rei sit valoris. In cuius rei testimoniū. &c.

¶ Carta feodi tallitati tripartita,

SCiant presentes et futuri, quod ego . I. B. de Oxon dedi concessi, hac presenti carta tripartita indentata, confirmaui R. D. filio meo totum illud tenementum meum cum gardino adiacente, et suis pertinentiis, q̄ ego habeo in alto vico in parochia om̄ Sanctorū in Oxon situatū inter tenementum P. C. ex parte australi, et tenementum W. M. ex parte boriali, et vnum caput abuttat super gardinum P. C. versus occidentes et alterius caput abuttat super vicum predictum versus orientem, habendum et tenendum predict tenementum cum gardino et suis pertinent prefato R. et heredibus de corpore suo legittime procreat, et pro defectu hered de corpore predicta R. legittime procreat volo quod predictum tenementum cum gardino et suis pertinentiis I. D. filio meo iuniori integre remaneat, habend et tenendū sibi et hered de corpore suo legitē procreat de capitalibus dominis. Et pro defectu hered de corpore ipsius I. legitē procreat, volo quod predictum tenementum cum gardino et suis pertinentiis integre remaneant rectis hered predicti R. D. imperpetuū. Et ego vero predictus I. B. et heredes mei predictum tenementum, cum gardino et suis pertinentiis prefato R. et herede de corpore suo legittime procreat, informa premissa contra omnes

gentes

gentes warrantizantibus, et imperpetum defendemus. In cuius rei test. duabus partibus huius Carte mee tripertite indentata penes prefatum R. et J. remanentibus, sigillum meum apposui, tertie vero parti eiusdem Carte penes me prefatum A. remanenti, prefati R. et J. sigilla sua apposuerunt, his testibus. &c. Et sic de cartis quadripartitis et similibus. &c.

¶ Carta facta in liberum maritagium.

SCiant. &c. quod ego A. B. de C. dedi. &c. J. B. filio meo et Alicia vxori sue filie T. N. in liberum maritagium vnum messuagium quod habeo. &c. habendum et tenendum predictum. &c. prefat J. et A. vxori sue sit hered de eorum corporibus legitime procreatis, de me et heredibus meis imppetuum. Et ego vero predictus A. B. et hered mei predictum messuagium. &c. prefat J. et A. vxori sue et hered de eorum corporibus legitime procreatis contra omnes gentes warantizabimus, ac versus capitalis dominos et omnes alios acquietabimus, et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti Carte. &c.

¶ Carta facta pro termino vite absq; impertie. vaste.

¶ Sciant. &c. q; ego W. H. dedi. &c. R. L. vnum messuagium cum curtilogio adiacente, et tribus acris terre, et vno crofto adiacente, inter terras. &c. habendum et tenend predi. mis. cum curtil. &c.

prefat

prefat R. ad terminum vite sue, de me et heredibus meis reddendum inde annuatim mihi et heredibus meis vnam rosam rubeam, ad festum sancti Johannis Baptiste. &c. et faciendum sectam Curie mee de W. de mense in mensem, pro omnibus aliis seruitiis exact. et demandis tociens quotiens teneri contigerit. Et post decessum predicti R. tunc predictum messuagium cum curtilagio &c. mihi prefat W. heredibus et assignatis meis imperpetuum reuertat absque impet. vasti. Et ego vero predictus W. et heredes mei predictum messuagium cum curtilagio. &c prefatus R. ad terminum vite sue, per seruitia ante dicta, contra omnes gentes warrantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium per presentes vni parti huius presentes Carte mee, Sigillum, &c. alter vero parti. &c.

Scriptum relaxionis.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit T. B. filius et heres. J. R. armiger defuncti salutem in dño sempiternam. Noueritis me prefatū T. remisisse relaxasse & omnino p me et heredib⁹ meis imppetuū quietum clamasse p presētes R. D. armiger in sua plena, et pacifica possessione existente heredibus & assignatis suis imperpetuum, totum ius meum titulum clameum demaundam, et interesse que vnq̄ habuit, habeo, seu quouismodo in futurum habere potero, vel poterint heredes mei, de et in manerio de R. iuxta T in comitatu L. cum omnibus terris, tenement. redd. seruit. pratis, pascuis.

boscis et pasturis, cum omnibus aliis pertinentiis eidem manerio spectantibus, necnon de et in omnibus aliis terris, et tenementis, cum omnibus suis pertinentiis, vocat J. iacent et existent in parochiis de J. R. et M. in comitatu predicto, que quidem manerium, terre et tenementa, ac cetera premissa, cum omnibus suis pertinentiis quandam fuerit H. R. aut mei. Ita videlicet, quod, nec ego predictus T. nec heredes mei, neque aliquis alius, per nos, pro nobis, seu nemeno nostro aliquod ius titulum demaundam seu interesse de aut in predicto manerio de R. cum omnibus terris et tenementis, redditis, seruic. pratis, pascuis, boscis, et pasturis, ac omnibus aliis pertinentiis, eidem manerio spectan, aut de vel in omnibus predictis terris et tenementis, cum omnibus suis pertenentiis vocat J. neque in aliqua percella eorundem de cetero clamare, vel vindicare poterimus, nec debimus quouismodo in futurum, sed ab omni actione iuris, tituli, clamei demaundi, et interesse, inde simus, penitus exclusi imperpetuum, per presentes. Et ego vero predictus T et heredes mei predictum manerium de R. cum omnibus terris tenementis, redd, seruic. pratis, pascuis, boscis, et pasturis, cum pertinentiis, eidem manerio spectant, ac etiam omnia predicta terras, et tenementa cum omnibus suis pertinentiis vocat J. prefacto R. heredibus et assign suis contra omnes gentes warrantizabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti scripto meo, Sigillum meum apposui. Data quinto die mensis Aprilis. Anno regni regis Henrici septimi, &c.

Relaxatio

CARTA

¶ Relaxatio facta super Cartam de tenementis prius perquisitis, cum clausula sua warranti.

OMnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit J. L. de Orox salutem in dño sempiternam. Cũ C. J. de N. habuit et perquisiuerit de me prefato Jo. vnum tenementum situat in N. in parochia beate Marie virginis, in alio vico inter tenementum W. L. ex parte Orientali, et tenementum P. C. ex parte Occidentali, vnde vnum caput abbuttat super vicum predictum versus Australi, et alterum caput abbuttat super gardinum E. H. versus Borean, et quod tenementum cum suis pertinentiis idem C. modo tenet, et inhabitat ibidem, habendum et tenendum eidem C. heredibus et assignatis suis imperpetuum, prout per Cartam feoffamenti per me eidem C. inde cõfectam, cuius dat est. iiii. die Aprilis. Anno regni regis H. vii. post conquestum Anglie decimo septimo, plenius apparet. Noueritis me predictum J. remisisse, relaxasse, et omnino pro me, et heredibus meis imperpetuum, quietclamasse prefato C. heredi, et assignatis suis, totum ius meum, et clameum quod vnquam habui, habeo, seu quouis modo habere potero, in futurum in predicto tenemento, cum suis pertinentiis. Jta videlicet quod nec ego, nec hered mei, nec aliquis alius per nos seu nomine nostro aliquid iuris, vel clamei in predicto tenemento cum suis pertinentiis, nec in aliqua inde parcella de cetero exigere, clamare, seu vendicare poterimus, nec debimus in futurum, sed ab omni actione iuris et clameo mẽ

ibide simul exclusi imperpetuum per presentes. Et ego predictus J. et heredi mei predictum tenementum cum omnibus suis pertinentiis prefatus C. heredibus et assignatis suis, contra omnes gētes warantizabimus, et imperpetuum defendim⁹ per present. In cuius rei ꝛc.

Relaxatio facta per heredem qui habet ius in tallio.

OMnibus Christi fidelibus, ad quod presēs scriptum peruenerit A. D. frater J. D. de R. salutem in dño sēpiternam Cum R. D. nuper antecessor meus, videlicet pater P. patris mei et predicti Johannis fratris mei senior per Cartam suam feoffamenti quandam dederit et cōcesserit, predicto P. filio suo vnum tenementum cum pertinentiis suis in villa de Oxon predicta voc. D. habendum et tenendum eisdem P. et heredibus de corpore suo legittime procreat, et pro defectu hered de corpore suo procreat predictum tenementum cum suis pertinentiis rectis hered predict R. integre remaneret, qui quid P. obiit post cuius decessum predictum tenementum, cum suis pertinentiis prefato S. patri meo descenderit, et post decessum predicti S. predictum tenementum cum suis pertinentiis prefato J. fratri meo seniori vt filio et heredi suo descendit, et pro defectu heredum de corpore J. legittime procreatis predictum tenementum, cum suis pertinentiis, michi prefato A. vt consanguineo et recto hered predicti R. desc. deberet per formam donationis predicte

predicte Noueritis me prefatum A. remisisse, relaxasse. &c. vt. supra. &c.

¶ Relaxatio facta per feoffatos vni eorum.

Omnibus christi fidelibus ad quod presens scriptum puenerit N. R. et H. T salutē in dño sempiternam. Noueritis nos prefatum N. et H. p presentes remisisse, relaxasse, et omnino pro nobis et heredibus nostris imperpetuum, quietclamasse J. H de O. heredibus et assignatis suis, totum ius nostrum, et clameum que vnquam habuimus, habemus seu quouismodo in futurum habere poterimus, aut alter nostrum habet, seu habere poterit, in omnibus illis terras et tenementis que vnquam habuimus simul cum predicto J. in villa, et in campis de J. comitatu Oxon ex concessione et feoffamentō domini J. Bryan capellani et N. L. de J. predicto. in quorum quidem terris et tenementis idem J. H. eam extitit in plena possessione ita videlicet quod nec nos predict N. et H. nec heredes nostri, nec aliquis alius nomine nostro alterius, seu nostri aliquod ius, vel clameum in predictis terris et tenementis, cum suis pertinentiis, nec in aliqua inde parcella exigere, sed &c. ab omni actione &c. Incuius rei testimonium &c. his teste &c. Anno regni regis H. viii.

¶ Relaxatio facta per illam qui habuit terram in moragio.

¶ Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens

sens.&c. Noueris me prefatum.&c. per presens remisisse, relaxasse. R. W. de O. heredibus et assignatis suis imperpetuum totum ius meum et clameum que unquam habui, habeo, seu quouismodo.&c. in uno tenemento in N. cum suis pertinentiis, que nuper habuit ex dono, et feoffamento predicti R. in villa de Oron predicta situat in parochia Sancti Ceddi, inter tenementum H. D. ex parte australi, et tenementum T. J. ex parte boreali, et abuttat super vicum regium versus orientem per modum morgagii, pro.xx. libris sterlingorum et quas mihi iam solvit et satisfecit, quod quidem tenementum cum suis pertinentiis idem R. W. in sua plena possessione iam habet, ita videlicet quod nec ego, nec hered. mei.&c. Sed ab omni,&c. In cuius rei.&c. his testibus.&c. Anno regni Regis Henrici septimi,&c.

¶ Relaxatio dotis facta per viduam.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit J. F. vidua, vel relicta R. H. de O. salutem in domino sempiternam. Noveritis me prefatum J. in pura viduitate mea legitime potestate remisisse, relaxasse.&c. E. J. in sua possessione existente heredibus et assignatis suis, totum ius meum et clameum, que unquam habui, habeo.&c. ratione dotis mee in tertia parte unius tenementi cum suis pertinentiis, quod idem E. modo inhabitat in villa de O. predicta, in parochia.&c. quod quidem tenementum cum pertinentiis prefatus E. nuper perquisiuit de prefat R. quondam viro meo.&c. Ita videlicet, quod nec ego nec aliquis alius nomine meo.&c. Sed ab omni

actione iuris tituli, &c.

Relaxatio facta terminatoris.

Omnibus Christi fidelib, &c. cum R. W. de Oxon teneat de me prefato J. unu tenementum cu suis pertinentiis, q idem R. inhabitat in parochia sancti Michaelis Archangeli, ad pontem Borialem Oxon, et parte Australi hospitii vocat le Crowne, pro termino annoru, &c, Noverint me prefatu J. remisisse, relaxasse, &c. Ita quod nec ego, nec heredes mei, &c. sed ab omni actione iuris clamei, &c. Data, &c. An. regni regis, H septimi, xiiii.

Confirmatio Carte.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit W B, de O. salutem Cum R C, nup pat meus p cartam sua feoffamenti dederit et concesserit H. H. unu messuagium cum pertinentiis situatum in parochia sancti Petri in Oriente, in Oxon, habendum et tenendum eidem H heredibus et assignatis, suis prout per eandem Cartam plenius apparet, cuius quidem Carte tenor sequit in hec verba. Sciant presentes et futuri, &c. quod ego, &c. recitando Cartam de verbo in verbum. Noveritis me predictum W. dictam Cartam vidisse, legisse, et examinasse, ac eadem Cartam et seisinam inde liberatam, necnon totum ius et statum eiusdem H. in eodem messuagio, cum suis pertinentiis, habendum prefato H. heredibus et assignatis suis imperpetuum approbasse, ratificasse, et in omnibus

quantum

quantum in me est confirmasse. In cuius rei testimonium &c. his testibus &c. Datus est &c. Anno regni Regis &c.

¶ Carta venditionis facta per executores virtute testamenti testatoris sui.

OMnibus Christi fidelibus, ad quod hoc presens scriptum peruenerit W. et J. executores testes R. w. de ciuitate L. ciuis et mercator salutem in domino sempiternam. Cum predictus R. per testamentum suum lectum et proclamatum in hustingis Londini tentis die. &c. proximum post festum sancti Bernardi. Anno regni regis Henrici post conquestum Anglie. xix. dederit et legauerit J. vxori sue tria tenementa sua cum pertinentiis, que habuit in dicta Ciuitate. Unde vnū tenementum situatum est, et iacet in parochia sancte Marie virginis in Fanchestrete, inter tenemētum R. wongham ex parte Boriali, et tenementū Johñ de A. ex parte Australi, et abbuttat super vicum regium de Fanchestrete predicta, versus Orientem, et tenementum R. Lancastre versus Occidentem. Et alius tenementum de predictis tribus tenementis situatum est et iacet in parochia Omnium sanctorum in Lombarde strete, inter tenementum P. C. ex parte Australi, et tenementum Henric P. ex parte Boriali, et abbuttat super vicum regium de L. versus Occidentē, et tenemētū Richard S. versus Orientem. Et tertium tenementum de predictis tribus tenementis situatis est, et iacet in parochia Sancti Andree de Estophe inter Thom Adams ex parte Australi

et tenementum J. H. ex parte Boriale, unum caput abuttat super vicum regium de L. predictum, versus occidentalem, et alterum caput abuttat super venellam de podynglane versus Orientem, habendum et tenendum predicta tria tenementa prefat J ad terminum vite sue, post decessum predicti J. voluit et legauit, pred testator quod predicta tria tenementa, cum suis pertinentiis A. filie sue et heredes de corpore suo legittime procreat integre remanerent, et pro defectu heredis de corpore eiusdem A. legittime procreat, voluit, et ligauit, predictus testator, quod predicta tria tenementa, cum suis pertinentiis, nobis prefato W. et J. execut. suis integre remanerent, ad vendendum, et pecuniam suam inde percipiendum, pro anima, eiusdem R. et pro animabus parentum, et benefactorum suorum, dispendendum in operibus Charitatis, prout in eodem testamento plenius continentur. Et quia prefata J. obiit, et predictus A. similiter sine herede, de corpore suo legittime procreat decessit. Sciatis nos prefatos. W. et J. executores dicti tenementi prefati R. et auctoritate dicti testamenti dimisisse, concessisse, et hoc presenti scripto meo confirmasse, at pro quadam pecunie summa inde incomplementum executores dicti Testamenti pre manibus soluit vendidisse R. D de L. ciui. &c. predicta tria tenementa cum suis pertinentiis habendũ et tenendum eidem R. heredibus assignatis suis imperpetuum de capitalib⁹ dominis feodi. &c. In cuius rei testimonium. &c. huic presenti scripti nostro sigilla nostra ap.

¶ Alienatio reuersione.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum peruenerit W. H. de w. salutē in dn̄o sempiternā. Cū T. H pater meus habeat et teneat pro termino vite sue, quoddam tenementum cū suis pertinentiis, in villa de w. predicta vocata Oros reuersione inde post suum decessum mihi et heredibus meis spectāt. Noueritis me predictū W. dedisse, et hoc presenti scripto meo confirmasse T. B. de C. reuer̄ dicti tenemēti cum suis ptinentiis, cū acciderit post decessum predicti H. patris mei habendum et tenendum predict reuer̄ cum suis pertinentiis, cum accederit prefat T. B. heredibus et assignatis imperpetuum, de capitalibus dn̄is feodi alius p seruitiū &c. In cuius rei testimonium &c. Dat &c. Anno regni regis &c.

¶ Scriptum returnationis super eandem alienationem.

Omnibus Christi fidelibus ad quos p̄sens scriptū peruenerit T. H. de W. salutē in dn̄o &c. Cum ego predict T. habeam et teneam pro termino vite mee, vnū tenemētū, cū suis ptinentiis in villa de W. predict voc Oros, cuius quidē tenementū cū suis ptinentiis et reuer̄ cuz acciderit post meū decessum T. B. de C. pquisiuit de w. H. filio meo. Noueritis me predictū T. H. reuersione predicta per solutionem vnius dinarii argenti. In cuius rei testimonium &c. Data &c. Anno regni regis &c.

¶ Alienatio liberi redd cum homagio et seruitio.

CARTA

SCiant presentes et futuri, quod ego W. H. dedi concessi, et hac presenti Carta mea confirmaui R. totum redditum meum de. xxx. s. homagium et liberum seruicium exeunt de vno tenemento et quatuor virgatis terre J. S. in D. cum omnibus pertinentiis, quod quidem tenementum et quatuor virgate terre quandam fuit E. S. habendum et tenendum, et percipiendum predict redd triginta solid homagium, liberum seruicium, cum suis pertinentiis exeuntis de predicto tenemento cum quatuor virgatis terre prefat R. w heredibus et assignatis suis imperpetuum, soluendum, faciendum, et reddendum eiusdem modo et forma, sicut predictus J. D. et eius antecessores mihi et antecessoribus meis, soluere, facere, et reddere, consueuerunt. Et si contingat pred reddit triginta solid a retro non esse solut, in parte vel in toto, ad aliquod festum quo solui debeat, extunc bene liceat prefat R. w. heredibus et assignatis suis, in predicto tenemento et quatuor virgatis terre cum pertinentiis intrare et distringere, et districtiones ibidem inuente seu capere, abducere, effugare, asportare, et penes se retenere, quousque toto pred reddendo cum omnibus inde arreragiis, si que fuerunt sibi plenarie fuerint satisfactum et persolutum. In cuius rei testimonium &c. Data. &c. Anno regni regis Henrici, vii. &c.

¶ Concessio annuatis siue annualis redditus.

OMnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit J. S. armiger salutem in dño sempiternam. Noueritis me prefatum J. dedisse, concessisse, et hoc presenti scripto meo confirmasse

firmasse R. T. de Wrosh vnum annualem red. si-
ue annuitatem . xl . s . de quodam tenemento, siue
hospic.meo in parochia omnium Sanctorum W.
execunt, habendum, et tenendum et percipendum
predict annualem redd siue annuitatem. xl. s. de
predicto tenement, siue hospic. cum suis pertinen-
tiis prefat R. heredibus et assignatis suis imper
petuum,ad festum Annunc. beate Marie,et sancti
Michaelis archangeli per equales portiones. Et
si contingat predictum annualem redd, siue an-
nuitatem xl. s. ad aliquod festum solue. quo solui
debeat, in parte vel in toto retro esse non solut qd
extunc bene liceat prefat R. heredibus et assigna-
tis suis in dicto tenemento siue hospic. intrare, et
distringere, et district ibidem inuent seu capte as-
portare, abducere, fugare, et penes se retenere qua
vsque de toto predicto annuali redditu, siue an-
nuitate vna cum omnibus inde arreragiis, si que
fuerint sibi plenarie sit satisfactum, de quo qui-
dem annuali redditu, siue annuitate posui pre-
dictum R. in plenam possessionem et seisinam per
solutionem. vi. denariorum sterlingorum. In cu-
ius rei testimonium.&c, huic presenti scripto meo
sigillum meum apposui. Dat.&c. Anno.regni Re-
gis Henrici septimi.&c.

¶ Sursum reddito.

Omnib9 Christi fidelib9, ad quos,&c. T.R.
de B.salutem. Cum J. B .pater meum per
cartam suã feoffamẽti dederit, et cõcesserit
michi prefat T. vnũ messuagium, cum suis pertiñ
in vill R. pred situat inter teñ R. w. ex.pte austra
li, et stratam regiam versus boream, habend et te-
nend mihi p term, vite mee. Ita q post decess. mei.

pdictum messuagium, cum suis pertinentiis J. B. fratri meo heredibus et assignatis suis imppetuū remanet. Noueritis me prædictum T. cōcessisse, et sursum reddidisse præfato J. fratri meo totum ius meum et statum que habeo ꝑ termino vite mee in prædicto messuagio, cum suis ptinētiis habendum et tenēdum eidem J. heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus. In cuius rei, &c.

Partitio heredum inter sorores

OMnibus Christi fidelibus, ad quod præsēs scriptum indentatū peruenerit A. M. et J. M. filie et heredes R. M. nuper de O de funeti salutē. Cū prædictus R. nuper obierit, seisit in dominico suo ut de feodo de duobus tenementis, et. xvi. acris terre cū pertinentiis in N. prædicta iacentibus, que nobis præfatis A et J. descēderint iure hereditario post mortem prædicti R. patris nostro. Noueritis nos vnanimi assensu, et consēsu nostro per visum proborum et legalium hominum de discreto nostro diuisionem dictum terrarum et tenemētorum fecisse sub forma, que sequitur. videlicet quod ego prædictus A. senior filii dicti R. habeam illud tenementum situatē in F. prædictē inter &c. cum octo acris terre arabilis eidem tenemento annex. Et quod ego prædicta M iunior filia prædictē R. habeam. &c habendum et tenendum nobis heredibus et assignatis nostris imperpetuum de capitalibus dominis feodi alius per seruitiā inde debita et de iure cōsueta, quā quidem particionem ratificamus, et cōfirmamus pro nobis et heredib9 nostris imperpetuum, In cuius rei testimonium

vtrique

vtrique parti huius scripti nostri indentati sigilla nostra apposuimus his testibus, &c. Data, &c.

¶ Assignatio dotis in hostio Ecclesie.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presēs scriptum peruenerit T. M. de W. salutē Noueritis me predictum T. dedisse, concessisse, et hoc presenti scripto meo assignasse A. vxori mee in tēpore spōsaliorum in hostio ecclesie parochiali de W. predicto celebrandum vnum tenementum cum vno crofto eidem annexo vocat C habendum et tenendum sibi et assignatis suis ad totam vitam suam pro rata portione totius dotis sue post meam mortem sibi contingerit. Data. &c. In cuius rei testimonium. &c.

¶ Copia curie secundum consuetudinem manerii. Dale.

Ad curiam tentam ibidem quinto die Aprilis, Anno regni regis E. iiii. xi. M. B. de. C. et A. vxor eius hic implena Cur examinat sursum reddiderunt in manus dñi vnum messuagium et dimidiam virgat terre cū suis pertinentiis in N. predict vocat P ad opus W. C. de Droñ vnde occidunt domino de harieto. ii. s. et super hoc venit predictus W. et cepit de domino dictū messuagium et demidiam virgatam terre cum suis pertinentiis habendum et tenendum sibi et A. vxori sue heredibus et assigñ ipsius W. imperpetuum secundum consuetudinem manerii per reddit

B. v. consue

consuetudines et seruicia inde prius debit et consueta. Et dant domino de fine pro ingressu suo habendum in dicto messuagio et dimidia virgata terre cum suis pertinentiis. r. B. Et fecerunt dño fidelitat et dat est eis inde seisine. xc.

Donatio bonorum.

Omnibus christi fidelibus. xc. J. B. de w. in comitatu Oxon husbandmã salutem. xc. Nouerittis me pdictũ J. dedisse, cõcessisse et hoc presenti scripto meo confirmasse W. L. de Oxon oĩa bona mea et catalla mobilia et immobilia, viua et mortua cuiuscunque generis seu speciei quorumcunque manibus, seu in quibuscunque rebus vel locis existant, habendum et tenendum predicta bona et catalla prefato W. et assignatis suis imperpetuum, vel sic vbicunque inuenta fuerit habendum et tenendum xc. Ita vix quod nec ego predictus J nec execut mei, nec aliquis alius nomine nostro aliquid iuris proprietatis vel clamei pred bonis et catallis nec in aliqua inde parcella de cetero exigere, clamare, seu vendicare poterimus nec debemus in futur, sed ab omni actione iuris et clamei inde simus exclusi imperpetuum per presentes. In cuius rei testimonium. xc. hiis testibus. xc. Dat. xc.

Indentura generalis firme. xc.

Hec est indentura facta inter W. F. de D. gentylman ex vna parte J. et M. de eadem draper ex altera parte, testat q. pfatus W. p pñtes cõcessit, tradidit, et ad firmam dimisit

prefat

prefat J. totum illud tenementũ suũ cum gardino et suis pertinentiis, qđ idem W. habet in vico de Glastrete in Parochia beate Marie virginis, in Oxoñ pređ, prout situat et iacet inter tenemẽtum H. Braton ex parte Australi, et tenementum collegii de W. ex parte Boriali, & abbuttat super gardinum colleg. wynč versus Orientem habendum de Glastrete pređ versus Occidentem habendum et tenendum predictum tenementum cum gardino, et suis pertinentiis prefat J. et assignatis suis a festo natiuitatis sancti Johannis Baptiste, pronomine futur post dat presentium, vsque ad finem termini. vii. annorum ex tunc prori sequeñ et plenarie completorium, reddendum inde annuatim prefat w. aut eius atturnat, seu execut suis xx. s. sterlingorũ ad festũ Michael archan. Natal domini &c. per equales portiones. Et si contingat pređ firmam. xx. s. ad aliquem terminum quo solui debeat, aretro esse in parte vel in toto, non solut per. xv. dies, extunc bene licebit pređ w. et assignatis suis, in dictum tenementum cum gardino, et suis pertinentiis intrare et distringere, et districtiones sic capt et ibidem inuent asportare, abducere, effugare, et penes se retinere. quousque de tota predicta firma cum omnibus inde arreragiis (si que fuerint) plenare fuerit sibi satisfactum Et si contingat predictam firmam vltra vnum mensem, post aliquod festum solutionem a retro esse in parte vel in toto, quo solui debeat non solut et suffič districtio pro arreragiis eiusdem firme ibidem non inueniat, extunc bene liceat predictum w. heredibus et assignatis suis, in pređ teñ cum gardino et suis pertineñ, reintrat, et rehaber,

vt in

vt in statu suo pristino, ac predictum J. et assigna tos suos, inde totaliter expellere hac indentura nō obstant. Et predictus W. et heredes sui predictum tenementum cum gardino, et suis pertinentiis, bene competenter sustinebunt, reparabunt et manutenebunt, ac versus capitales domino, et omnes alios modo et forma premissa predictum J. et assignatos suos, vsq3 ad finem termini pdicti warrantizabunt, et acquietabunt, per presentes. In cuius rei testimonium partes predicti indenturis sigilla sua alternatim apposuer̄, his testibus. &c. Data &c. Anno regni regis Henrici. vii. post conquestū regni Anglie vicesimo.

¶ Indentura facta inter procuratores siue custodes bonorum alicuius ecclesie et alium super diuisione vnius messuagii.

HEc indentura facta inter T. D. et J. W. procuratores siue custodes bonorum, terrā siue redd̄ Ecclesie parochialis beate Marie virgini : Oxon̄ ex vna parte, et J. S. in artib⁹ magistrū et altare parte testat̄ q predictus procurat̄ ex consensu ac voluntate parochianorū dicta Ecclesie concesserunt, tradiderunt, et ad formam dimiserunt prefat̄ J. S. vnum messuagium, cum omnibus suis pertinentiis &c. habendum &c. reddendum prefatis procuratoribus et eorum successorū, qui pro tempore fuerint. &c. S. ad festum &c. Et predictus procur̄ et eorum succe, qui pro tempore &c. competenter repetabunt. &c. et contra omnes

nes gentes warrantizabunt. Et vbi R. D. et w. H. teneanter et vterq; eorum teneantor pred T. et J. procur &c. in. x. lib. &c. prout in quadam obligatione inde confect plenius cõtinetur, cuius datum est vicesimo primo die Septembris, vltimo elapso. Wolunt tamen predict T. et J. procuratores, et eorum successor, qui pro tempore fuerint, quod si predictus J. S. vel assignati sui fideliter teneat, vel teneant obseruauerint vel obseruauerint omnes et singulas conuenc et soluc predictas in ista indentura specificata ex parte sua per implendas durant termino predicto, quod ex tunc pdicto obligatio sit nulla. Et si defectus fiat in aliquc solutionum predict in parte vel in toto contra formã predict ex tunc predicta obligatio stat in suo robore et effectu. In cuius rei testimonium vni parti indenture penes prefat J. S. remenentur sigillum commune dicte Ecclesie et parochianorum est appensum, alteri vera parti, penes prefatos procuratores &c. Data &c. D.

¶ Indentura facta ad terminum vite de tenementis.

Hec indentura facta inter magistrũ R. S. magistrũ aule siue collegii de B. vniuersitatis Oxon et scolariis eiusdem ex vna parte, et F. A. ciuem et mercerum London ex alta parte test q predictus magister et scolares ex vnanimi assensu et concensu et voluntate concesserũt, tradiderunt, et ad firmam dimiserunt prefato T totum illud messuagium eorum suis cum pertinenentis, situatis iuxta cimiterium Ecclesie sancti

Lau-

Pateat vniuersis &c. me J. N. &c. dedisse, et intuitu charitatis cōcessisse J B. scolari ad sacros ordines promoueri sex marcas annui redditus, percipiēdus et leuandus de omnibus terris et tenementis in N. ad festa sancti Michaelis et Pasche per equales portiones habendum et tenendum et percipiend predictum annualem redditum prefato J. de me et heredibus meis donec predictus J. ad aliquod officium ecclesiasticum sit promotus dant et concedent eidem J. B. vel eius attornatus plenam potestatē quotiens dictum annum redditum a retro esse contigerit in parte vel in toto, in terris et tenementis meis predictis distringere, et districtiones sic captas licite asportare et tenere donec J. B. de predicto annuo reddito cum arreragiis eiusdem plenarie fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium &c. huic presenti scripto meo Sigillum meum armorum. &c.

Littera

¶ Littera testimonialis de patrimonio suffic.

V Niuersis sancte Matris Ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere peruenerint W. H. in decretis bacularius, officialis domini archiepiscopi Eboz, salutem. &c. Nouerit vniuersitas vestra Tho. G. accollitus Eboz dioc. redditus est liber legittime etatisque viginti quatuor annorum et amplius bone fame et conuersationis honeste non excommunicatus, nec suspensus, nec aliquo crimine defectus, quominus possit ad quoscunque sacros ordines legittime promoueri dum tamen sit suffic literature, et habet patrimonium sibi valenciam annuatim quadraginta solidos sterlingorum, prout et testimonio fide dignorum suum his coram nobis in forma iuris iuratorum plenam recipimus veritatem. In cuius rei testimonium &c. Sigillum officii nostri presentibus apposuimus Dat. Anno dni &c. vel sic. Reuerendissimum in Christo patribus et dominis, dominis Archiepiscopis. &c.

¶ Littera presentationis ad vicariam resignationem.

R Euerẽdo in Christo patri et dño, dño W dei gra Couentren et Lychefeld episcopo eiusue vicario generalis in spiritualibus, et cuicunque vestrum vester humilis et deuotus frater R. Towson Magister hospitii sancti Johannis Baptiste et eiusdem confratres Lincolniensis diocesis omnimodo reuerendo tanto patri debito cum honore ad perpetuam vicariam ecclesie, parochialis de w.

de W. vestre dioc per libram resignationem domini W. vltimi vicarii eiusdem vacant, et ad nostram presentationem pleno iuris spectant dilectum nobis in dño magistrum J. capellanū vestre paternitati reuerend presentamus, intuitu charitatis, humiliter supplicātes, quatenus dictum dñm magistrum J. ad dictam vicariam admittere, et ipsum in eadem canonice instituere, ceteraq; peragere, que in hac parte vestro pastorali officio incumbunt dignemini cū fauore. In cuius rei testimonium sigillū nrm cōmune presentibus est appensum. Dat Oron in hospitali nro decimo die Mensis Martii. An. rc.

¶ Presentatio ad vicariam per mortem vacantem sede vacante.

Reuerendissimo in xpo patri & dño, dño H. dei gratia Cātuariē Archiepiscopo eiusue vicario spiritualibus general Lincolniē dioci sede vacante vestre humiles oratrices Elizabeth Abbas de H. eiusdem dioc. et eiusdem ecclesie parochialis de A. dicte dioc. per mortē loci conuentus reuerentias tanto reuerendissimo pri debitos cum honore ad perpetuam vicariā ecclesie parochialis de A. dicte dioc. p mortem w. R. vltimi vicarii eiusdē vacātem, et ad nrām presentationē pleno iure spectant dictum nobis in Christo, dñm B. C. capellanū vestre paternitati reuerendissime presentamus intuitu charitatis, humiliter supplicantes quatenus dict dñm B. vicarium ad dict ecclesiā admittere, et ipsum in eadē instituere ceteraq; in hac parte peragere, que vestro pastorali officio incūbunt dignemini cum fauore. In cuius

rei

rei testimonium.&c. Datum.&c. Annodomini M. CCCCC.v.

¶ Presentatio ad rectoriam per mortem vacantem.

REuerẽdo in christo patri ac dño, dño R. dei grã Episcopo Lincolñ, eiusue vicario general in spiritualibus, vestri humiles ac deuiti filii R.prior de B. M. C, rector ecclesie de W.et J L. vestre dioc.obedientiam & reuerentias tanto patri debitas cum honore ad ecclesiam parochialem de H. vestre dioc. per mortem domini T. vltimi rectoris eiusdem vacant, et ad nostrum presentationem pleno iure et dono et cõcessione R.L. dñi B.Richardi M. Nicholai.R.et J. W, clericorum et virorum patronorum eiusdem spectant in presenti, dilectum nobis in Christo J. S. clericum eiusdem dioc. vestre paternitati reuerende presentamus intuitu charitatis supplicãtes humiliter et deuote quatenus dictum J. S. ad predictã ecclesiam parochialem de H. admittere ipsumqꝫ in eadem rectorem instituere cum suis iuribus et pertiñ vniuersis ac cetera in hac parte peragere que vestro pastorali incumbunt officio dignemini cum fauore. In cuius rei.&c. Sigilla nostra presẽtibus sunt appensa. Dat apud B. Anno.&c.

¶ Presentacio ad rectoriam per resignacionem.

¶ Reuerendo in Christo patri et Domino, dño W. dei gratia Lincolñ Episcopo eiusue vicari

general

generali in spiritualibus vestri humiles et devoti filii M. H. et A. uxor vestre diocesis obedientiam et reuerentiam tanto, ꝛc. iureque patronatus et liberam resignationem dni W. ultimi rectoris eiusdem spectant et ad nostram presentationem pleno iure spectant magistrum J. A. capellanu paternitati vestre reuerende presentamus per presentes humiliter supplicantes, quatenus predictum magistrum J. A. ad predictam ecclesiam admittere ipsumque in rectorem tam charitatis instituere in eadem cum suis iuribus et pertinentiis uniuersis, ceteraque peragere que vestre in hac parte incumbunt officio pastorali dignemini cum fauore, in cuius rei, ꝛc. Dat. ꝛc.

¶ Presentatio per armigerum de libera capella.

Uniuersis christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint J. W. armiger dns manerii de B. Ebor diocesis salutem et sinceram in dno charitatem, Cum capella libera de R. iuxta H. dicte dioc. ad presenti vacata et ad meam deuocionem pleno iure spectare dinoscit. Noveritis me predictam capellam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis uniuersis dilecto michi in Christo domino H. J. capellano viro prouido, idonio, et honesto, donasse concessisse, ac tenore presentium ipsum dnm H. J. in corporalem possessionem dicte capelle iurisque pertinentiis uniuersis eiusdem induxo. In cuius rei testimonium. ꝛc. sigillu meum present apposui. Datum in manerio meo de B. predict. x, ii. die mensis Augusti. Anno regni regis H. viii. post conquestum Anglie, vicesimo primo,

Littera

¶ Littera permutationis prebende facta per Regem.

HEnricus dei gratia rex Anglie Francie et Hibernie, fidei defensor, omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutē. Sciatis quod cum dilectē nobis J. C. persona ecclesie de W. Norwic. dioc̄ et R. B. canonicus in ecclesia sancti Pauli London̄, ac prebendarius prebēde de F. in eadem Ecclesia cathedrali intendunt, vt asserunt, beneficia sua predicta ad inuicem permutare, nos prebend̄ pred̄ ad nostram donationē spectantem ratione temporalium Episcopatus Londoniencis, manibus nostris in presentē existeñ prefat J. C. ex causa huiusmodi permutationis dedimus et concessimus habend̄ cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis. In cuius rei &c. has litteras nostras fieri fecimus patent̄, teste me ipso apud Westmonasterium, vicesimo die Martii. &c.

¶ Permutatio secundum registrum Sarum.

REuerendo in Christo patri et dño, dño R dei grā Sarum Episcopo vestri humiles et deuoto in Christo filio Jo. S. et Jo. A. armigeri feoffati Thom̄ S. de omnibus suis maneriis, et aduocationibus Ecclesiarum, cum pertinentiis in Comitatu Bark. et ceteras omnimodas reuerentias tanto Patri debitas cum honore Domini discreti viri M. Thom̄ de Ecclesia parochiali

parochiali de W. A. Wynton dioc. et D. vestre dioc. rectores intendant, vt asserunt beneficia sua predicta ex certis causis variis et legittimis ipsos mouentibus ad hoc, dum tamen quorū interesse consensus auctoritas interuenerint in hac parte adinuicem canonice permutare, nos igitur permutationē huiusmodi faciendū nrm prebent assensū pariter et consensum prefat M. T. ad dictam ecclesiam de D. pred vestre dioc nri patronatus paternitati vestre reuerende ex causa permutationis huiusmodi et non aliter, nec alio modo p̄sentam per presentes, humilit supplicantes et deuote, quatenus supradē M. T. ad predictam ecclesiam de D. admitter ipsumq; rectorem ex causa huiusmodi permutationis canonice instituere in eadē cū suis iuribus et pertinentiis vniuersis ceteraq; peragere q vestro in hac parte incūbunt officio pastorali dignemini cū fauore. In cuius rei testimonium ꝛc. Sigilla nra p̄sentibus duximus apposuim Dat. ꝛc.

¶ Demissio super eandem.

Reuerendo in Christo patri et dño, dño J. dei grā Assentes Episcopo Robertus per diuina Salisburiensis Episcopus salutē et fraternitatem in dño charitatem. Cū delecti nobis in Christo M. T. de W, vre dioc et D. H. de D. nre dioc parochial rectores intendunt, vt asserunt, ex certis causis rationabilibus ipsos mouentibus, ad hoc dum tamen quorum interesse concensus et auctoritas interuenerint in hac parte, beneficia sua huiusmodi adinuicem canonice permutar ad audiendum tungil examinand ac plenarie discutiendum

endum causasqȝ negotium permutationem huiusmodi ipsisqȝ causis veris et legitimis inuent approband easdem dictasqȝ permutationes ad auctorizand necnon recept per nos vice et auctoritate nostris M. M. de ecclesia sua de D. pred prefat M. C. ad eand ad quam per honestos viros J. S. et J. W. arm feoffat in omnibus terris et tenementis J. S. in comitatu Bark. situat, cum aduocatione eorundem nobis ex causa permutationis predict presentamus, ipsumqȝ in rectorem instituendum canonice in eadem cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis, ex causa pmutationis prelibate ceteraqȝ faciend, exercend, et expediend oia et singula, que in premissis necessario fuerint seu opportuna, indictione tm prefat M. S. in corporali possessionem dicte Ecclesie de D. ac ipsius canonice obedienter vices nostras rogantes de omni eo, &c.

¶ Littera permutationis inter rectores.

Reuerendo in Christi patri et dño, dño R. dei gra Episcopo Lincolñ vestre deuotus filius dñs R. S. miles obed et honorem tanto patri debit, dilect nobis in Christo magistrum C. S. rector ecclesie de W. et dominum J. E. rector ecclesie parochialis de B. vestre diocesis intendunt vt assitt beneficia sua certis et legitimis causis ipsos ad hoc mouentibus ad inuicem permutare, egoqȝ permutationi huiusmodi fiende meum prebens assensum pariter et concessum eund dominum J. E. ad dictum ecclesiam de W. per modum et ex causa permut predict vacant, et ad meum present spectant vsc, paternitati reuerende presento intuitu charitatis humiliter sup-

plicans quatenus ipsum J. E. ad dictā ecclesiam parochialem de W. ex causa permutationis predict admittere, et instituere in eadem ceteraq; oia et singula que vestro in hac parte pastorali officio incumbere dinoscunt eidē J. E. facere et peragere dignemini cum favore. In cuius rei testimonium &c. presentibus sigillum meum apposui.

¶ Carta pro warda infra etatem.

OMnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum peruenerit R. comes wark et Marum salutem. Sciatis nos prefatum comitē per presentes dedisse et concessisse G. Grey militi custodiam W. L. filie et heredis J. L. iam defuncti, omnium terrarum et tenementorum que ad man' nostras deuenire poterint, ratione minoris etatis eiusdem W. post mortem dicti J. qui de nobis tenuit per seruitium militare ac maritagium eiusdem W. habendum et tenendum custodiā ac maritag. predict prefat G. Graye, & assignatis suis, quousq; dictus W. ad plenam etatem. xx. vnius annorum peruenerit, & q̄ diu in manibus nostris fore contigerit, seu remanere deberit. Et si cōtingat predicto W. obedire anteq̄ ad plenā etatem. xx. vnius annorum peruenerit, heredo suo infra etatem existēti, tunc sciatis me prefat comitem per presentes dedisse et cōcessisse prefato G. Gray custod eiusdem hered, ac dictarum terrarum tenementorum, vna cum maritagio eiusdem hered, et sic de herede in heredem; quousq; vnius eorum ad plenam etatem viginti vnius annorum peruenerint &c. In cuius rei testimoniū &c. An. regni regis &c.

Wark

¶ Warr pro solutione annuitatis.

Thomas Mydylton. &c. omnibus receptoribus, balliuis, firmariis, prepositis, senescallis ministris et occupatoribus, quibuscunque dnoru et maneriorum nrorum de B. W. H. et O. in com L. qui tunc sunt, et qui pro tempore futuro erunt salutē. ¶ Cum nos prefat T. M &c. nup per scriptum nrm, cuius dat est &c. ordinauimus, fecerimus, et constituimus dilectum auunculum nrm G. Gray militē. Senescallum nrm predictorum dnioru et maneriorū nrorum habendū et tenendū et occup offic. pred prefat G. per se vel p suffic. deputatum suum quādiu se bene gesserit in eod percipiendū annuatim p officio suo pred exercendū, et de eup. iiii. li. per manus receptas balliuorum, firmariorum, seu aliorum officiariorum, et ministros dominorum et maneriorum nostrorum pred pro tempore existen, ad terminos sancti Michael archan. et Pasche per equales portiones, prout in predicto scripto plenius continet. Vobis igit omnibus et singulis receptoribus, balliuis, firmariis prepositis, seu aliis occupatoribus, et ministris dictorum dnorum & maneriorum nostrorum quibuscunque pro tempore existen et in futur existen, et cuilibet vrm mandamus, oneramus, et firmit iniungimus, q de tempore in tempus soluat, seu solui faciat seu vnus vrm soluat, seu solui faciat eidē auunculo nostro predict. iiii. li. ad terminos supradictos sine dilatiōe vltei iuxta formam dicti scripti nostri sibi inde fact recipiendū inde de predicto auunculo nostro, vel de suo in hac parte deputat acquietancias singulas solutiones (quas sic feceritis) testificantes, et per presens mandat nrm

volumus, quod auditores nostri dñorum et maneriorum nostrorum predictorum qui pro tempore fuerint vel fuerit vobis et cuilibet vestrum in vestris compotis, vel in compota vestra, de tempore in tempus, de solutione inde et cuilibet inde parcelle faciant siue faciat allocationem. Datū &c. An. regni regis. &c.

Patent fact pro officiis custodis forestę, ball' senesc. et receptor.

Thomas M. et P. B. et A. omnibus ad quos presentes littere nře peruenerint salutē sciatis nos pro fat T. M. &c. de circumspectione et fidelitate defecti nobis in Christo W. P. H plurimum cōfidentes p presentes cōstituisse eund W officiariū ingł forestarii forestę nře de E. in com C. siue offic. eiusd custodia ac ball' libertat nře de Copelande necnon senescallum, et receptorum omnium denariorum maneriorum, terrarum et tenementorum reddit et seruiciorum nostrorum quorumcunq; cum suis pertinentiis in com C. habendum occupand et exercendum officio pred per se vel per deputatum, siue deputatos suos sufficientes quā diu se bene gesserit in eisdē, pcipiend annuatim et pro executione et occupat dictorum offic. x. li sterlingorum ad duos anni terminos, vim ad festum Pasche, et sancti Michaelis archangeli, equis portionibus per manus suas proprias soluend, dantes, et concedentes eid W. plenam potestatem et auctoritatem omnia et singula officia predicta exercend, exequenda, et que ad officia predicta rite et de iure pertinent faciend, quare vniuersis et singulis ball', firmariis, prepositis, tenentibus, et ministris nostris firmiter iniūgimus

quod

ꝙ eid̄ W. vel deputato aut deputatis suis in executione officiorum suorum predict, attendentes, auxiliantes, obedientes, ⁊ assistentes in oibus sint, put decet. In cuius rei, ⁊c. huic presenti scripto sigilla nostra, ⁊c.

¶ Patent fact de warda infra etatem per regem.

REx omnibus ad quos ⁊c. salutem Sciatis quod nos ex certis cōsiderationibus, ⁊ mero motu nostris dedimus et cōcessimus, et per presentes damus ⁊ cōcedimus, dilecto et fideli armigero nostro W. T. de S. pro C. marc. nobis solutis custodiam omnium terrarū et tenemento cum redd̄ seruiciorum, et reuerc. cum pertinentiis, vno cum aduocac. ecclesiarum, capellarum, et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunq̄ que nuper fuerunt R. S. armigeri defuncte qui de nobis tenuit in capite die quo obiit per seruitium militare, et que post mortem ipsius R. S. ratione Warmeduci filii et hered̄ eiusdem R. ad manus nostras deuenerunt, seu deuenire debuerunt, ac custodiam et maritagium heredum predictorum absq̄ disparagat habendum et tenendū custodiam predict prefat W. T. a tempore mortis predict R. durante minore etate dicti hered̄, et ꝙ diu eadem terre tenement ac cetera premissa in manibus nostris remanere contigerint, ac omnia exitus, redditus, proficua, reuerc. commod̄ et emolumenta inde a tempore predict durante minore etate hered̄ predict prouenienc. et crescen̄. Et vlterius ex vberiori gratia nostra concessimus, ac per presentes concedimus eid̄ W. T. custod̄ et reuerc. omnium et singulorum terrarū et tenem̄ reddit et

seruic. cum pertinentiis cum acciden. que eisd he
red post mortem aliquarum aliarum personarum
durant minore etate sua discendere remitti rema=
nere, qualitercunque accedere poterint, seu de=
bet habend et tenendum eandem custodiam a tem
pore mortis antecessoris, et personar predict et
cuiuslibet eorum prelato W. T. durant minore e=
tate hered predict et quam diu ea in manibus no=
stris contingerint ac etiamomnia exitus, redditus
et proficua, reuerc. commoditates et emulumen=
ta inde medio tempore prouenientia, et crescentia
et si de herede illo humanitas, contingat anteque
ad plenam etatem suam peruenerit, herede suo
infra etatem existente seu hered infra etatem exis
stentibus, volumus, et concedimus, prefat W. T.
quod ipse habeat custodiam omnium terrarum et te=
nementorum reddit seruic. et reuerc. predictorum
ac cetera premissorum, necnon oim et singulorum
aliorum terr et tenementorum, reddit et seruic. cum
pertin, que eidem hered siue eisd heredibus, vt he=
redi vel heredibus ipsius W. T. tam post mortem
suam quam post mortem aliorum antecessorum eiusd
W. aut aliquarum aliarum personar, descendere,
reuerti, remanere, seu qualitercunque acciden pote=
rint, vel debent durante minore etate hmoi hered
infra etate existen, vel existenc. ac custod, et mar.
hmoi hered seu hmoi hered absque disperagac, et sic
de hered in hered, quousque aliquis hmoi her, vel a
liqui hmoi hered ad plena etatem suam peruenit
vel peruenerint Et quam diu terr, et tenta redd, et seruic
ac cetera premissa cum pertinen in manibus nris
vt pred est contingerint remanent, absque aliquo co
poto, seu aliquo alio nobis pro custodia et mari=
tagiis

tagiis, seu exec. et proficuis reuertionibus, commoditatibus, et emolumentis pred redd faciend, seu soluend, eo q expressa mentio de vero valore annuo premissorum, seu alicuius eorum in presentibus minime fact existint, aut aliquo stat, actu siue ordinac. in contrarium fact edito sine ordinato non ob. In cuius rei. &c. dat. &c. Anno,

¶ Patent fact receptori & superuisori.

Thomas. &c. vt primus salutem, Sciatis me prefatum T. de fidelitate et circumspectione defect mihi in Christo Johannis C. q plurimum confident p presentes dedisse cõcessisse prefato Johanni officium receptoris omnium et singulorum dñiorum, maneriorum et tenementorũ meorum cum omnibus et singulis eorum pertiñ. in com N. L. &c. ac ordinasse, et constituisse ipsum J. superuisorem omnium et singulorum dñiorum terrarum et tenementorum predict cum pertinentiis habend et occupand eidem officium receptor et superuisoris per se vel per sufficientum deputatum suum, siue per sufficientes deputatos suos ad terminum vite sue, q diu se bene gesserit in eod percipend annuatim pro exec. et occupatione dicti officii. vi. li. xiii. s. iiii. d. bone et legalis monete Anglie ad duos anni terminos, vim ad festa Pasche, et sancti Michaelis archangeli equis porcionibus, per manus suas proprias soluend de exit et reuerc. officii sui vna cum costagiis et expensis circa idem officium, rationabiliter fact seu fiend dant etiam & concedent eidem J. plenam potestat et auctoritatem oĩa et singula exercend et exequeñ que ad officium predict rite et de iure pertinent faciendñ, quare vniuersis et singulis Balliuis fir-

martis prepositus ⁊c. vt̄. in proximo precedens ante patent̄ fact̄ per Regem de wardo. ⁊c.

¶ De testamentis.

Tria dicunt testamenta, scilicet in causa ex mortis agendi si bona relinquant post personam cuius sunt testamentū nuncupatium, et testamentum in extremis. Si testator sit solus de integro potest cōcedere testamētum. Si vxorem habeat, bona in duas partes equales diuidi debent, debitis de integro solutis. Et si habeat vxorem et liberos, in tres partes equales diuidi debent bona, debitis de integro solutis, et tunc de parte sua concedet testamentum, et licet propter infirmitatem loqui non poterit, tamen si habeat certos sensus per examinationem et signa potest concedere testamentum, si sit sane mentis et legitime etatis. Et si mulier faciet testamentum, oportet ꝙ habeat licentiam viri sui, quia proprietas bonorum per legem regni spectat solum ad virum. Testamentum nuncupatium dicitur, quando languens propter impetum mortis non expectat scripturā sui testamenti, sed rogat tunc curatum suum et certos vicinos, vt perhibiant testimonium de vltima sua voluntate. Et illa requirunt ad legandum tenementum vbi terre sunt diuisibiles scilicet ꝙ testator sit ciuis vel burgensis, et ꝙ tenementum legandum sit infra libertatem ville vel ciuitatis, et sit solus seisitus ac ꝙ testamentum sit coram testibus sigillatum. Et primo probari debet coram Ordinario, et sic postea probatur, et irrotuletur in Curia illius ville, tunc tal' legat, equalet carte et seisine.

¶ Testamentum

¶ Testamentum causa in remotis agendi.

IN dei nomine Amen. Vicesimo die Mensis Nouembris. Anno dñi millesimo quingentesimo quinto ego R.G. de Oronia compos mentis proponens dei gratia peregꝛ proficisci (vel sic) proponens terram sanctam vel limina apostolorum Petri et Pauli per Dei graciam peregre, visitare, condo testamentum meum in hunc modum. In primis, do et lego animam meam Deo omnipotent, beate Marie matri sue, et omnibus Sanctis, corpusqꝫ meum Ecclesiastice sepulture, vbicunqꝫ Deus disposuerit. Item lego omnes pannos meos, quibus vsus fuero tempore mee mortis, sibi qui fecerit me sepeliri. Item volo ꝙ idem conuertat in missas et pios vsus totam pecuniam meam quam tunc mecum habuero. Residuum vero bonorum meorum do et lego J. G. fratri meo, vt ipse inde ordinet et disponat pro salute anime mee, et omnium fidelium defunctorum, tam cito postꝙ de morte mea habuerit certam noticiam, prout ei melius videbitꝛ fieri. Et eundum J. ordino facio, et constituo, meum executorem per presentes, vt presens meum testamentum fideliter exequatꝛ et compleat cum effectu. Datum Oronieñ, die et anno superius expressis. Et si testamentum sigilletur, tunc sic. In cuius extreme mee voluntatis testimonium presentibus sigillum meum apposui his testibus &c. Dat. &c Et habeat testator copiam testamenti secum et relinquat sigillum suum cum testamento, in custodie sui executoris, &c.

¶ Testamentum nuncupatiuum.

IN dei nomine Amen. Vicesimo die Mensis Nouembris, Annodomini &c. coram nobis R. Rymer J. M. et Joh. L. de Oros husbandemen R. de D. Oros quandam vicinus noster expressit et declarauit suam vltimam voluntatē in hac forma. Ego R. H. laborans in extremis meum testamentum non valens in scriptis redigere propter impetum mortis, coram vobis meis bonis amicis, hanc meam vltimam exprimo et declaro voluntatem. In primis do et lego animam meam Deo omnipotenti, beate Marie matri sue, et omnibus sanctis, corpusq; meum sepeliendum in Ecclesia beate Marie virginis Oros. Item lego vicario dicte ecclesie .xii. d. Item lego fabrice dicte ecclesie .ii. s. Residuū vero bonorum meorum do et lego J. H. et R. W. vt ipsi inde ordinent et disponant pro salute anime mee, prout eis videbitur melius faciendum, et eosdem J. et R. meos ordino, facio et cōstituo, executores, vt hanc meā vltimam voluntatem fideliter exequantur et compleat. In cuius rei testimoniū nos prefat R. A. J. M. et J. L. presētibus, Sigilla nra apposuimus his testibus &c. Dat. &c. Et huiusmodi testamentum sepius fauore accipitur pro testamento in extremis.

¶ Testamentum et vltima voluntas in extremis.

¶ In nomine domini. Amen. Vicesimo die Mensis. &c. Anno domini. &c. Ego J. H. de Oros draper, compos mentis, et sane memorie laudes

Deus

Deus, condo testamentum meum et ultimam meam voluntatem in hunc modum. In primis do et lego animam meam Deo omnipotenti, beate Marie matri sue, et omnibus Sanctis, corpusque meum sepeliendum in Ecclesia omnium Sanctorum Oxoniensis, in medio nauis Ecclesie coram summa cruce. Item lego Rectore dicte Ecclesie pro decimis oblationibus meis neclegenter oblitis, seu detentis viginti solidos. Item lego Rectori parochie mee, ut oret pro anima mea viginti solidos. Item lego cuilibet Capellano, qui interfuerit meis exequiis, et misse in die Sepulture mee, octo denarios. Item lego cuilibet ordini fratrum Oxoniensis sex solidos et octo denarios. Item lego ad celebrand pro anima mea unum trentale missarum in ecclesia sancti Georgii in Oxon triginta solidos. Item volo quod fiant in die obitus mei, et in die proximo sequente mille misse pro anima mea. Item lego ad inuenien dum unum capellanum idoneum ad celebrandum pro anima mea, et pro quibus teneor in ecclesiam omnium Sanctorum in Oxon, per duos annos proximos post decessum meum sequentes viginti marcas. Item ad distribuendum inter pauperes et decrepitos in cubilibus iacentes et magis indigent in villa Oxoniensis et suburbiis eiusdem centum marcas, et eorum cuilibet unam camisiam. Item lego prisonibus in castro Oxon viginti solidos. Item lego cuilibet pauperi interessenti in sepulture mee duos denarios.
Item ad faciendum anniuersarium meum annuatim per decem annos proxim immeditate sequentes post obitum meum viginti solidos. Item lego

Eliza=

Elizabet filie mee pro maritagio suo nomine pro parte bonorum meorum sibi accidentium viginti libras. Item do et lego A. vxori mee tria tenementa in Oxonio cum suis pertinentiis, vnde vnum tenementum situatum est et iacet in parochia omnium Sanctorum pred, inter tenementum H. I. ex parte Occidentali, et tenementum W. Glouer, ex parte Orientali, aliud tenementum de predictis tribus tenementis situatum est, et iacet in parochia Sancti Michaelis Archangeli, ad portam Borealem Oxon, inter nouum hospicium vocatum le Crowne, ex parte Boriali, et tenementum Abbatisse, et conuentus de G. ex parte Australi. Et tertium tenementum de tribus predictis tenementis situatum est, et iacet in parochia Sancti Martini Oxon, inter tenementum R. S. ex parte Occidentali, et tenementum T. G. ex parte Orientali, et vnum caput abuttat super gardinum Iohannis S. versus Boriam et alterum caput abuttat super vicum regium versus Austrum, habendum et tenendum predicta tria tenementa, cum omnibus suis pertinentiis prefat A. ad terminum vite sue de capitalibus dominis feodi illius, per seruitia inde debita, et de iure consueta. Et post decessum A. volo, do, et lego q predicta tria tenementa, cum suis pertinentiis, Elizabeth filie mee et herede corpora suo proprio legittime procreat integre remaneant. Et pro defectu heredis de corpore eiusdem E. ligittime procreat, volo, et lego q predicta tria tenementa cum suis pertinentiis T. Dene, et I. Herforde de Oxon drapar integre remaneant, ad vendendum, et pecuniam inde percipiendum

pro

pro anima mea, pro animabus parentum et benefactorum meorum disponendum in operibus charitatis, in pios vsus, prout eis videbitur melius faciendum. Residuum vero bonorum meorum superius non legatorum post debit mea soluta, et huius test mei executionem do et lego vxori mei T. Dene, et J. Herforde, vt ipse inde ordinent et disponant pro salute anime mee, prout eis melius videbitur expedire, et deo placere. Et eosdem J. T. D. et J. H. meos ord, facio, et constituo executores per presentes, vt presens testamentum meum fideliter exequantur et compleant cum effectu. Et vtrique eorundem T. Dene, et J. Herforde, do et lego pro labore suo in hac parte. xl solidos. In cuius rei, &c.

Codicillus Testamenti.

Iste Codicillus, tenemento meo annexus est vltima voluntas me T. Helton de Oxoñ draper. In primis volo, ꝙ omnia in tenemento meo contenta fiant et perimpleantur. Item volo ꝙ R. apprenticius meus de residuo termini apprenticietatis sue venture penitus de cetero sit exoneratus. Item remitto, relaxo, et pardono J. B. de Oxoñ Hosyer, medietatem omnium debitorum que mihi debet. Item perdono Joh. T. de eadem Taylour, totum debitum, quod mihi debet, vt ipsi orent pro anima mea, pro animabus parentum et benefactorum meorum. Item lego R. H. filiole mee vnam zonam de serico argent, vnam murrum quinque vnciarum argenti, et sex

cocliarie

codiciarii. Dat vicesimo secundo die Mensis Septembris, sub testibus, et anno domini, vt in testamento meo.

¶ Additiones quedam.

¶ Quid sit Codicillus.

Codicillus est quedā dispositio vltime voluntatis sine heredis institutio, et potest fieri multis modis. Aliquando Codicillus fit ante testamentum, et tunc de testamento sequenti faciendo est mentio precedentis Codicilli. Cum vero codicillus fit post testamentum et post aliam seu alios codicillos, quia plures codicilli possunt fieri ad vnā personam, tunc facienda est mentio non solum de testamento, sed etiam de pluribus Codicillis precedentibus. Aliquando etiam fit Codicillus nullo precedenti vel sequenti testamento & vale, et seruatur.

¶ Et nota quod nulli possunt facere Codicillos, nisi quibus permissum est facere testamentum,

¶ De his testari non possunt.

Isti sunt qui testari non possunt, et prohibentur a lege facere testamentū. Primo impubes, et masculus minor quindecim annorum. Item filius fa. non potest testari etiam si consentit, nisi de castrensi, vel quasi de peculio, de quibus etiam preter patris voluntatem testari non potest.

Item

Item manciputus et furiosus non potest testari, quia furiosus est.
Item de prodigo cui bonorum administratio est interdicta. Item mutus et surdus etiam si sciat litteras, non potest facere Testamentum suum.
Item dampnatus ad mortem aut mortatur, aut efficaciter seruus pene. Item qui dubitat de statu suo utrum sit seruus vel liber, aut pater familias, vel filius familie.
Item qui sunt dati obsides pro captiuis populi Romani. Item qui est dampnatus de crimine famoso. Item monachus vel etiam canonicus regularis. Item hereticus, vel qui commiserit crimina lege maiestatis. Item cecus non potest testari, nisi habita quadam specialitate solemnitatis, quia ubi variatur minus periculum, ibi adhibeatur maius consilium. Item nota heredes instituere aliquem post mortem suam locum suum ponere, et in omnibus suis bonis Dominum statuere. Item heres qui succedit ad bona defuncti.

¶ De testibus in testamento.

IN testamēto requirunt regulariter septem testes, qui sunt presentes et debent rogari sed ille qui scribit testamentum, in numero septem testium computatur, etiam possunt computari in eodē numero legatarii, qui p̄sentes sunt, et hoc est verum, nisi esset questio inter heredes et legatarios, tunc legatarius non potest esse testis in ista causa. Totius tamen est quod appo-

nantur alii testes, si haberi possunt. Item in testamento ceci et in villis sufficiunt quinque testes si plures non possunt haberi. Item in testamento istorum militum, qui pro salute Romani imperii iurauerunt se non indicaturos mortem aliquando sufficiunt duo, aliquando vnus testis. Item in testamento condito in presentia imperatoris, et precipue porrectis, vt audiant nullus testis requirunt. Item in testamento prohibentur esse testes mulieres, impubes, furiosi, muti et surdi, cui bonorum administr interdicta est, et seruus, qui omnium opinione tunc temporis non habetur liber, qui sunt in potestate testatoris. Item heres scriptus.

¶ Qualiter differunt testamentum et codicillus.

Item differunt testamentum et Codicillus, quia aliquando in testamento est indirecta institutio et heredatio, in codicillo autem nisi per fide commissione vt ille qui fuit heres ab intestato hereditariam alteri restituat. In codicillo non potest fieri substitucio a testatore, nec aliqua cōditio apponi, que nocet heredii institutioni. Item in testamento requirūtur regulariter. vii. testes rogati in codicillis sufficiunt quinque etiam non rogati.

¶ De inuentione codicilli.

¶ Codicilli, inuenti sunt ab Augusto suasu, Trebatii, eoque propter longinquas, et necessarias

ciuium

tiuiuz peregrenationes, quibus Codicillos facere posset, cui testamentum ordinare non daretur, Eorum vsus hodie maior est ꝙ testamentorum ob ceremonias, quas non tā exquisitas esse volūt.

¶ Precepta et regule in cartis, factis, scriptis, et testamentis, obseruandis.

In primis notandum est, quod in quolibet facto obligatorio, vbi aliquis alteri obligat necesse est quod ille que obligatur habeat additionem, videlicet de quo comitatu, villa de statu, dignitate, et cuius artis dictus obligatus est.

¶ Item notandum est quod vbi duo vel plures obligantur, si ista verba sint in scripto, obligam' nos et executores nostros, omittendo ista verba et vtrumqꝫ nostrum, vel quemlibet nostrum, illi cui obligantur nunꝙ habebit Actionem, nisi versus eos coniunctim, et non versus vnum seperatim, et tunc vnus respondebit sine alio.

¶ Item notandum est, ꝙ in omnibus factis obligatoriis et scriptis necesse est, quod pars obligata ponat sigillum suum eidem scripto. Et etiam ad deliberandum scriptum vt eius factū, et si Actio portetur super aliquo tali scripto, pars defendens nunꝙ vadiabit suatu legem, videlicet ad deponendum et iurandum, ꝙ non est factum suum scilicet determinabitur per duodecem Iuratores,

F.i. Item

¶ Item notandum est, quod si quis fuit obligatus alteri, et nulla dies solutionis expressa sit, tunc tenetur soluere quandocunqꝫ requisitus fuerit

¶ Item notandum est, ꝙ quando vnus obligatus duobus, relaxatio vel acquietanč vnius exonerabit alterum, et quando duo obligantur vni relaxatio, vel acquietantia facta vni eorum exonerabit alterum, si habuerit in manibus ad monstrandum cum implacitus fuerit. Sed si non possit acquirere, nihil sibi preualebit.

¶ Item necesse est, ꝙ omne testamentum et vltima voluntas bonorum probetur coram ordinario. Et si executor Testamenti prosequatur aliquam actionem coram seculari iudice, necesse est ꝙ demonstret litteras ordinarii de approbatione eiusdem testamenti.

¶ Item nullus potest prosequi versus aliquem executorem de nullo contractu simplici fact per testatorem, sed actio versus executorem de scripto obligatorio per testatores fact, vel de redditu alicuius firme, vel de aliqua causa, vbi testator in vita bene potuisset vadiare legem est bonum versus executores, et non alteri.

¶ Item si aliquis administrauerit bona testatoris, Quis nunꝙ fuerit execut, vel quamuis fuet executor et recusauerit auctoritatem executoris et ceperit litteras administrationis de ordinario attamen illi est responsibilis Actione prosecuto

versus

versus eum vt executor, et erit oneratus, ac si fuisset administrasset vt verus executor, q non est sufficiens responsum quod nunq̄ fuit executor testamenti, sed necesse est, quod dicat q nunq̄ fuit executor testamenti, nec nunq̄ administrauit vt executor testamenti.

¶ Item si aliquis obierit intestatus, et nullum condat testamentum, vel si executores recusauerint, tunc ordinarius committet administrationē vxori, vel liberis, vel alicui alteri. Et tunc talis administrator potest implacitare et esse implacitatus in foro temporali, vt vnus Executor. Sed si ordinarius nulli commiserit administrationem, sed in propriis manibus retinet. Tunc vnusquisq; causam habens, potest Ordinarium implacitare, sed in tali casu ordinarius nullum potest prosequi actionem in foro seculari ad recuperandum aliquod debitum testatoris.

¶ Kalendarium huius libelli.

A.

TABVLA

Conditio

Presen-

¶ FINIS.

¶ Explicit Carta feodi.
Impressum Londini per
Henricum Smyth
An. dñi M.
CCCCC.
XLvi.

¶ Cum priuilegio ad impri-
mendum solum.







